

iom. 3.) Ergo substantia tantum unica esse potest. Q. E. D.

## Caput VII.

### SUMMARIUM.

*Cartesius etiam in Deo statuit agendi, ratione actionis transeuntis, necessitatem. I. Quod patere videtur ex eo, quod hanc questionem parvi faciat, & ex ipsa voluntatis definitione. II. Clarius adhuc e quibusdam ejus verbis certissima consequentia id elicitur. III. Hunc in finem ea ad summa quaedam capita reducuntur. IV. An Deus juxta Cartesium vera hujus mundi causa efficiens dici queat? inquiritur. V. Leges naturæ, quas statuit Cartesius, quoque Dei actionem necessariam reddunt. VII. In primis, quia eæ e Dei perfectionibus derivantur. VII. Ac proin ei sunt naturales. VIII. Quod Cartesium velle, demonstratur. IX. Quamobrem etiam vult, Deum in operando ab iis recedere non posse. X. Secundum*  
K
hanc